



angels. 21

Disputatio vicefima tertia.

DE PRAE SCRIPTIS VERBIS.

Ex lib. 19, tt. 3. 4. 5. ff. & lib. 4. tt. 64. C. desumpta.

Quam sub Præsidio.

CLARISSIMI CONSULTISSIMI
MIQVE VIRI. D. PAULI GRASECCII
I.V. D.ac Professoris in celeberrima Argenti-
nensium Academia ordinarij examinan-
dam proponit.

VVILHELMVS BOKE LIVS IVNIOR SAXO.

Horâ locog̃ consuetis.



Argentorati, excudebat Antonius Bertramus
M. D. XCV.

EXCELSIS OBSCURA MECOM
EXCELSA VULNUS QVAM QVAM

GENERALIS SPLENDORE, E RVDI-
TIONE, VIRTUTE AC FIDE PRAESTAN-
tissimis viris.

D. HARTVVICO A STITEN RE-
VERENDISSIMI ATQVE ILLVSTRISSIMI
Principis ac Domini Domini Iohannis Georgij Epis-
copatus Argentoratensis Administratoris & Mars-
chionis Brandenburg. &c. Secretario. Domino
Mecænati ac amico meo plurimum colendo.

ET

D. HENRICO NORTMEYERO IL-
LVSTRISSIMI ET GENEROSISSIMI PRINCIPIS
ac Domini Domini Ioachimi Caroli Ecclesiæ cathedra-
lis Argentoratensis præpositi, Ducis Brunswicen-
sis & Lunæburg. &c. Secretario, Domino
Adfini iunctissimo & amantissimo.

Hoc Obseruantie & amoris monumentum
L. M. consecro.

VVillielmus Bokelius Junior
Saxo.

DE PRAESCRIPTIIS VERBIS.

Thesis I.

Continues

Hactenus de contractibus nominatis, sequuntur innominati, qui inde ^{tio} innominati dicuntur, quod ciuale legitimum & proprium nomen non haveant. Iurugentium, 7. ff. de pactis.

2. Sunt autem contractus innominati, qui nomine quidem vacant, ex causa tamen, id est, datione vel facto effectum sortiuntur. d. l. 7. §. 2. & ibi minati Cuiac. ff. de prescript. verb.

3. Horum duo sunt genera, Aut enim negotium tam ambiguum est & De duobus multiplex, ut ad quam contractus speciem referendum sit dubitari possit, generib. Aut cum appareat quidem quale sit, ad ordinem tamen nominatorum contractus contractum rediginequit VVes. in para ff. de aestim. act. Vult. lib. i. iurispr. c. 41. u innomini-

4. Prioris generis Duæ sunt species contrastus estimatorius & per- mutatio. natorum. Diuisio

5. Contractus estimatorius est contractus innominatus re & consensu, prioris ge- constans, quo res alicui estimatio, vendenda dantur, ea lege ut vel rem, vel neris estimationem eius prest. d. l. s. i. de Aestim. act. De contra

6. Permutatio contractuum omnium antiquissima est, per quam is qui estu estima ex per mutationis pacto rem dedit, alterum sibi obligat, ut rem de qua con- tione. uenit praestet Hottom. ad h. t. ff. de rer. permut.

7. Rem dare dicimus, quia dominium utrinque transferri in permutatione necesse est. (a) ut recte Paulus responderit rem alienam dando permutatio- b) nem non contrahi. De perma- tione.

a) l. scribit 34. in prin ff. de aur. & argent legat. Cuiac. in para C. b. tt. v. 3. Anton. Faber. lib. 6. connect c. 9. dissentit Conan. lib.

7 c. 5. n. 2.

b) l. i. s. Ideoq. 3. b. tt. Cuiac. lib. 3. obse. cap. 28.

8. Hic contractus similis est emptioni, eiusque vicem obtinere dicitur (a) differunt tamen, & quidem in eo potissimum, quod permutatio a rei tra- ditione mutum sumat, & cum ea periculum in accipientem transeat (b) illa solo consensu constet, & periculum ante rei traditionem contractus perfecto adsciscatur (c)

a) l. 2 f. de Rer. perm. l. 2 C. eodem b) l. 1. S. 2 ff. d. tt. l. 3. C. eod.
l. 5. S. 1 ff. de prescrip. verb.
c) l. necessario 8 ff. de peric. & com. reiven.

6. Itaq; si pereat res ante traditionem in permutatione periculum est domini. In emptione vero emptoris d.l. 5. S. 1. l. vlt. de condic. caus. dat. Conclib. 7. c. 15. n. 13.

Quæstio. 10. Cum autem bonæfidei sit hic contractus an beneficium l. 2. de rescind. Venditione hic locum sibi vendicet queritur? quod cum Donell. in d.l. 2. n. 20. affirmamus. Et hæc de priori contractuum nominatorum genere.

Diuisio po. 11. Posterioris itidem duæ videntur esse species, quarum una ex dando est posterioris Altera ex faciendo.

Suddiuisio 12. Ex dando rursus duæ promanant: do ut des, & do ut facias:
13. Ex faciendo totidem: facio ut facias, & facio ut des; de quibus singularim videbimus.

De contrac- 14. Contractus do ut des similis emptioni est cum rem do ut rem accipi-
tractu do am. d.l. 5. S. 1. h. tt. de l. vlt. de cond. ca. dat: Don. ad h. tt. c. 3. Cuiac. ad l. 7. ff.
vt des de pact. & lib. 23. obf. c. 29.

15. Hoc casu quia non placet rerum permutationem emptionem esse, dubium non est nasci ciuilem obligationem de l. 5. 5 i.

Quæstio. 16. An autem hic contractus do ut des à permutatione differat conuer-
titur? Nos specialiter differre cum Anton: Fabr: (a) defendemus.
a) lib. 6. coniect. c. 9 dissentit Cuiac. in parat. C. de rerum perm. Donell. ad tt. de prescrip. verb. c. 3. Coras. lib. 2. miscel. c. 15. Con. lib. 7. c. 15. n. 3.

17. Contractus do ut facias similis est locationi & conductioni, vt cum De contra rem do ut aliquid facias. l. 5. S. 2. ff. de prescrip. verb. Donell. d. lo. cap. 4. etu do ut Cuia. ad l. 7 de pactis.
facias.

18. Si tale sit factum locari quod possit, mercede interueniente locatio est. Sin verò merces non interueniat sed res, aut rei loco pecunia, factum q; Lociri non possit, contractus est do ut facias d.l. 5. S. At cum .h. tt. Donell. c. 6. 4.

19. Exempla passim extant: cum decem vel Stichum do ut Titium ser-

uum tuum manumittas (a) vel cum insulam do ut mihi aliam edi-
fices.(b)

a(d. l.5 §.2. & l. si tibi 7. ff eod. b) l. insulam 6. ff. h. tt.

20. Contractus facio ut des itidem locationi conductioni similis est, vt De contra-
cum seruum meum manumitto ut mihi des decem, vel fugituum seruum cū facio
indico ut mihi des præmium l. solent 15. ff. h. tt. & des.

21. Interdum quoq; societati ad finis est, vt si dem pecus pascendum, vel
equum nutriendū, vt si post certos annos venisset precium inter nos diui-
datur l. si tibi rem 13. ff. d. tt. Don. d. loc. c. 5.

22. Contractus facio vt facias nonnunquam mandato similis est: vt cum De con-
permitto tibi cretam eximeere ex agro meo ita vt eum locum ex quo ex- tractu fa-
misti repleas (a) vel si unum bouem haberem, & vicinus unum, & inter nos cito & fa-
conuenit vt alternatim tu meo, ego vicissim tuo ut amur (b) cias.

a(l. promisiſt 6. ff. d. n. b) l. si gratuitam 17. §. si cum 3. ff eod.

V Vies in par. 6.

23. Et hæc de contractibus innominatis dicta sufficient: sequitur de actio-
nibus ex his descendentiibus ut dispiemus.

24. Agimus vero vel de eo quod datum factumne est reuocando: vel de
eo consequendo quod ex conventione vicissim darsi vel fieri debuit Don:
d. loc. 6. 7.

25. Prior casu alia dati alia facti ratio est, cum do ut des, aut do ut facias
neq; placiti fidem seruas vltro petentem mihi datre condicō est, modo datum
per rerum naturam præstari possit. d. l. 5. §. at cum do ff. h. tt.

26. Quod si præstari non possit, veluti si dedi ancillam quæ à te manu-
missa est dabitur actio de dolo, qua ago aduersus te in id quod mea interest
ancillam datam non esse l. cum proponas 4. C. de dolo malo Donell. d. loc.
& cap. o. n. 19.

27. Cum vero facio ut des aut facio ut facias nullam facti condicionem
esse, sed sine distinctione actionem de dolo competere ad interesse consequen-
dum (a) communi D D. opinione statuimus, modo per eum qui contra-
ctum debet implere steterit, quo minus contractus impleatur (b) quod in
condicione dati non requiritur (c)

a) d. l. naturales 5. §. vlt. & §. quod si faciam ubi Barto. & Iac-
son per l. cum proponas C. de dolo l. solent 15. ff. h. tt. argumento l-

verum 11. in priz. ff. d. minorib. dissentit Donell. de loc. 10. Coras. lib. 2. mis-
cel. c. 10 & alij qui solam præscriptus verbis actionem competere existimant
b) Donell. d. lo. c. 8 n. 3 c) l. 5. ff. de cond. ca. dat. Don. d. n. 3.

28. Atq; hæc ita sunt si de dato reuocando experiri malim, quod si in id
agatur ut præstetur id de quo conuenit, Notanda est Regula: cum defi-
ciunt vulgaria atq; vñitata actionum nomina, præscriptis verbis agendum,
At hanc actionem configiendum quoties contractus existant quorum ap-
pellationes nullæ Iure ciuili proditæ sunt l. 2. & 3. ff. de præscrip. verb.

29. Est autem actio præscriptis verbis condicione incerti ex contractu in-
certi potissimum promanans. d. l. 12. & 3. ff. b. tt. d. l. 7. S. 2. ff. de
pactis.

30. Inde sic appellata: quod detur ex præscripta conuentione vel proinde
ut conuenierit si conuentio præscripta non sit. l. 1. S. si quis seruum ff. depo-
siti l. si dominus 8. ff. b. tt.

31. Hec actio demonstrat rem gestam verbis vel ante scriptis vel exposi-
tis, quibus petitio subiicitur, eaq; demonstratio pro iusto nomine actionis
sumitur l. cum mota 6. C. d. transact. Donell. c. 21. n. 3. cum sequent.

32. Est q; vel bona fidei vel stricti iuris.

33. Bon. fidei est in contractu estimatorio & permutatione §. ac-
tionum 8. Inst. de actionib.


34. Stricti iuris in reliquis quatuor innominatorum contractuum ge-
neribus (a) vbi eorum nomine appellatur actio præscriptis verbis in id com-
petens ut damnetur aduersarius quanti interest actoris illud de quo con-
uenit præstar. (b) de quibus dictum est supra.

a) d. §. actionum inst. de actionib., b) d. l. naturalis §. §. 1. & d.
l. si tibi 7 ff. b. tt.

F I N I S.



Datum de



348

348

